



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Explicatur reseruatio secundae regulae ca[n]cellariae. punct. 18

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)



tenentur prius habitum in manibus sanctissimi liberè dimittere, alioquin utrumque vacet, & dispositioni tantum Sedis Apostolicæ referentur. Quæ gratia facta nequit impertans refigere, nec permutare, nec in manibus ordinarij liberè dimittere, sed necessario in manibus sanctissimi, aut notarij camere Apostolicæ, (quod idem est) debet beneficium dimittere, alioquin, ut diximus, vacat, & Pontifici referantur: sic Barbofa alleg. 87. num. 78. Garcia. 11. p. de benef. cap. 5. à numero 55.

Septimo referantur in supra lista regula beneficia vacantia iuxta constitutionem Ioann. XXII. quæ incipit *Execrabilis de præbendis*. Nempè quando quis obtinuit secundum beneficium incompatible cum primo, & adhuc primum beneficium retinere præterit, tunc hoc secundum beneficium propter indebitam retentionem prioris vacat, & est Pontifici referendum. Garcia 11. p. de benef. cap. 45. à num. 5. Gonzalez gloss. 15. num. 41. & gloss. 5. num. 38. Barbofa alleg. 58. num. 9. Primum beneficium iam dixi referatum esse, si secundum à Pontifice facti obrepat, secus si ab ordinario, & ita referatum est, ut sit tempus prouisionis, & obtentionis secundi nequaquam resignare, aut permutare possit, ut latius declarauit in sua constitutione. Paul. V. & Gregor. XV. prout refert Barbofa 3. p. alleg. 57. sub n. 81. Garcia 11. p. de benef. cap. 5. n. 64.

Octavo referantur beneficia, quæ ordinarij, vel alij collatores contra formam Trident. contulerint, veluti si beneficia conuenerint carentibus ætate requisita, iuxta decretum Trident. sess. 8. cap. 3. & sess. 22. cap. 4. & sess. 13. cap. 6. & sess. 24. cap. 8. & 11. aut illa contulerint non habentibus qualitates, & habilitates à concilio expostulatas, ut in sess. 14. cap. 10. & sess. 22. cap. 4. & sess. 28. cap. 17. & sess. 24. cap. 8. & 11. & sess. 25. cap. 5. de reform. aut illa contulerint non seruata forma præscripta à concilio, ut in sess. 7. cap. 18. & sess. 24. cap. 18. de reform. aut illa conferant contra dispositionem dicti concilij. sess. 25. cap. 15. de reform. In qua reservatione duo aduerit Garcia & bene, 5. p. de benef. cap. 1. num. 120. & 211. nempè non procedit in beneficiis iuris patronatus, & ab ordinario institutis, esto fuerint contra concilium instituta, sed in beneficiis collatis ab ordinario iuxta regulam solum de collatione loquitur, non & in institutione. Item debent ordinarij militiose procedere in horum collatione, quia in penam delicti commissi priuantur pro illa vice iure conferendi.

PUNCTUM XVIII.

Explicatur reservatio secundæ regulæ Cancellariæ.

1. Adicitur regula.
2. Referantur ecclesiæ cathedrales.
3. Item monasteria virorum, ac mulierum ducentorum florentium auri valore excedentia.
4. Item beneficia vacantia tempore quo vacat episcopatus.
5. Quid si beneficia essent simultanea collatione, & capituli, & pertinerent ad unum episcopum.
6. Item beneficia vacantia post renunciationem episcopatus à Pontifice admissam.
7. Compræhendantur item beneficia, quæ iure deuoluto episcopum pertinent.
8. Compræhendantur pertinentia ad collationem alicuius dignitatis, subdistinguitur respondetur.

Secunda regula Cancellariæ referat omnes ecclesias, Patriarchales, Primariales, Archiepiscopales, & Episcopales; necnon omnia monasteria virorum valore annuum ducentorum florentium auri communi estimatione excedentia nunc quomodocunque vacantia, & in posterum vacatura, & voluit quod excessus huius modi in litteris exprimat. Ac etiam referantur dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quancunque aliam dispositionem Patriarchatum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, ac aliorum, & aliorum quorumcunque collatorum, & collaticum secularium, & regularium quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem) pertinentia, quæ post illorum obitum, aut ecclesiarum, seu monasteriorum, vel aliarum suarum dignitatum dimissionem, seu amissionem, vel priuationem, seu translationem, vel alias quomodocunque vacauerint, siue ad prouisionem successorum ad eadem ecclesias, aut monasteria, vel dignitates apostolicas autoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem quomodocunque vacant, & vacabunt in futurum.

Supradicta regula referat primò ecclesias cathedrales, ut videtur discordias, contentiones, & lites, quæ ex electione canonorum oriebantur. Et licet in *extrinsecas ad regimen*, & *supradicta reg. 1. Cancellariæ*, essent huiusmodi ecclesie referatæ, non tamen cum hac amplitudine. Nam in *prima regula* solum erant referatæ, si apud sedem vacauerint. At in hac secunda regula referatæ sunt quomodocunque vacauerint, ut bene

aduerit Azor. 2. part. instit. lib. 6. cap. 30. quasi. 12. vers. *sed cur. hec*. Non tamen ex hac reservatione priuantur Reges, alijque principes iure sibi concessio præsentandi, esto ex privilegio, vel consuetudine ius patronatus illis competat: sed Rex præsentat, & Pontifex instituit præsentatum. *Contrauiuas præf. cap. 36. à n. 2. & 6. Gonzalez gloss. 1. num. 49. Nicolaus Garcia 5. par. de benef. c. 1. num. 219. August. Barbofa 3. p. alleg. 57. num. 85.*

Secundo referat hæc regula monasteria virorum valore ducentorum florentium auri excedentia. Monasteria inquam monachis destituta, vel quæ solia sunt commendarij, vel ut clarius dicam, quæ consistorialiter per viam cedulæ prouidentur. Sic Mandos. in hac reg. 2. quasi. 3. & tract. *designatur. gratia. in Rub. de prouisionib. voss. monasteria*. Azor. 2. part. lib. 6. cap. vlt. quasi. 10. Gonzalez gloss. 1. num. 30. & 59. Item monasteria virorum non monialium habentium iurisdictionem, esto electiua sint Barbofa alleg. 57. num. 91. Debent tamen excedere illum valore ducentorum florentium auri, & tales excessus in litteris exprimi, ut in dicta reg. cauetur.

Tertio referantur beneficia vacantia tempore quo vacat episcopatus, & successor de nouo prouisus illius non capit possessionem. Excipit nisi talis prouisus fuerit Cardinalis, quia ratione huius supremæ dignitatis potest absque possessione capta, & litteris ostensis beneficia prouidere, eo præcisè quod à Pontifice prouisus sit dignitate Cardinalatus insignitus, ut tradit Gonzalez variis decisionibus comprobans super *reg. 8. Cancell. gloss. 24. à num. 6.* Dixi beneficia referari vacantia tempore quo vacat episcopatus. Quod procedit, dummodo ad episcopum pertineat ius, & electionem, nominatio, seu collatio. Nam si ad alium pertinet electio, vel nominatio, esto ad episcopum pertineat institutio, seu confirmatio non referatur. Cum quia prima dispositio beneficij attenditur. Tum quia solum voluit Pontifex ius quod ordinariis competeat sibi auocare. Quapropter si simul cum episcopo alius prouidet beneficia, se iuri alterius derogatur, cessat reservatio, & ille alius deficiente episcopo confert beneficia iure proprio, ut deciditur in *cap. vno. ne sede vacante. in 6.* & ita tradunt Garcia 5. par. de benef. cap. 1. à num. 229. Augustinus Barbofa 3. p. de potest. episcop. alleg. 57. num. 90. Quod si prouisio beneficiorum ex concordia diuisa est inter episcopum, & capitulum per unum, ita ut vno mense prouideat episcopus, alio capitulum.

Dubium est, an vacante episcopatu sit tale beneficium referatum? Et quidem si turnus pertinet ad capitulum, nemini potest esse dubium cessare reservationem. At si turnus ad episcopum pertineat, videtur esse beneficium referatum, quia talis prouisio ad episcopum integrè pertinebat, si viveret, & Pontifex prouisiones episcopo competentes sibi auocat. Item quia in tali reservatione nulli iuri alterius ab episcopo derogatur. Verum longè probabilius est hæc beneficia referata non esse, quia deficiente episcopo succedit capitulum iure proprio beneficia conferens, ut deciditur *capite vno. ne sede vacante. in 6.* Tum quia ius conferendi beneficium ex iure communi episcopo, & capitulo conferens vnicum est, & indiuisum, & solè ex concordia exercitium diuiditur per turnos ob tollendas dissensionem. Ergo deficiente episcopo ius integrum in capitulo radicatur. Ergo in reservatione beneficiorum pertinentium ad prouisionem episcopi, hæc comprehendendi non possunt, & ita tenet Garc. 5. p. de benef. cap. 1. à num. 235. Gonzalez de mensib. & alternatiuis gloss. 45. §. 3. num. 49. August. Barbofa 3. p. alleg. 57. num. 90. Cæterum si non solum exercitium conferendi, sed etiam ipsum ius esset ita diuisum inter episcopum, & capitulum, ut nequaquam deficiente episcopo posset capitulum beneficia prouidere, sed futuro episcopo essent referanda, iuxta *textum in cap. 2. ne sede vacante aliquid innovetur.* (quod raro contingit) in tali casu reservatio intraret, Gonzalez n. 50. Garcia n. 244. Barbofa n. 90. sine.

Quarto referantur beneficia vacantia post renunciationem episcopatus à Pontifice admissam, vel post translationem ad alium episcopatum, etiam antequam episcopus admissio, renunciationis, vel translationis notitiam habeat. Nam esto possit episcopus episcopatum administrare, dum supradictæ admissio, vel translationis non habet notitiam: at beneficia prouidere nequaquam potest, quia hæc inter fructus episcopatus computantur, qui à die admissæ renunciationis, vel translationis episcopo debentur. Sic Garcia 5. par. de benef. cap. 1. num. 245. August. Barbofa 3. p. de potest. episcop. alleg. 57. num. 92.

Duplex restat examinanda difficultas. Prima, an comprehendantur beneficia, quæ iure deuoluto ad episcopatum pertinent? Secunda, an comprehendantur beneficia aliqua pertinentia ad collationem alicuius dignitatis non referatæ Pontifici? Et primæ difficultati breuiter respondeo, verius videri comprehendis siquidem in supradicta regula referantur beneficia ad collationem episcopi quomodolibet pertinentia. Verbum enim *quomodolibet*, videtur non solum comprehendere pertinentia ex iure proprio, sed etiam ex deuoluto, & tradit Garcia 5. p. de benef. c. 1. n. 256.



8 Ad secundam difficultatem dico si dignitas, ad quam pertinet beneficium vacantium collatio, non est reservata Pontifici, eo quod nec sit prima post Pontificalem, neque vacuit mensibus referatis, credo nullo modo beneficia sua provisionis reservata esse, quia notanda sunt illa verba regulæ, usque ad provisionem successorum ad eandem ecclesiam, aut monasteria, vel dignitates & idem est de quolibet alio beneficio, ut bene advertit Garcia supra) Apostolica auctoritate faciendam. Ergo provisionis, quæ non auctoritate Apostolica, sed ordinata faciendæ est, sub hac reservatione non cadit, & consequenter nec beneficia, quæ de illius provisione sunt.

PUNCTVM. XIX.

Explicatio reservatio regulæ tertiæ Cancellariæ.

- 1 Adducuntur verba regulæ.
- 2 Qualiter intelligatur debere esse dignitates maiores in cathedralibus, & præcipue in collegiatis vs sub hac reservatione continentur.
- 3 Vnicam tantum in qualibet ecclesia reservat.
- 4 Si unica solum sit in ecclesia, illa manet reservata.
- 5 Si prima dignitas capitulo unica sit, non reservatur, sed referuatur sequens.
- 6 Referuatur prioratus, præposituras, & alia dignitates, &c. exceptis ordinum militarium.
- 7 Referuatur per hanc regulam beneficia familiarium Papa, ac Cardinalium, & que sint.
- 8 An familiares familiarium comprehendantur? Sub distinctione responderetur.
- 9 Qui sint familiares Cardinalium ad effectum huius reservationis.
- 10 An comprehendantur vicarii, visitatores, aliique iudices à Cardinalibus designati? Sub hac ratione resolvitur non comprehenduntur.
- 11 Non est necesse familiaritatem durare semper, sufficit, si aliquando fuerit, cum beneficium obtinetur.
- 12 Quæ beneficia sub hac regula comprehendantur.
- 13 An ob familiaritatem impediatur optare in ecclesiis, in quibus est ius optandi? Resolvitur non impediri.

**T**ertia regula reservat omnes dignitates maiores post Pontificales in cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auti communi estimatione excedentes principales in collegiatis ecclesiis Reservat etiam Prioratus, Præposituras, Præposituras, ac alias dignitates conventuales, & præceptorias generales ordinum quorumcumque, sed non militarium. Item reservat quæcunque beneficia, quæ sui etiam dum Cardinalis fungebantur honore existentes, ac S.R. E. videntur nunc & qui erant suo tempore Cardinalium familiares, continui commensales obtinent, & in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ ius competit, aut competitur, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem vel alius recesserint, declarantur dignitates, quæ in cathedralibus etiam Metropolitanis, post Pontificales non maiores existunt, & quæ ex apostolice sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliis quovis modo in collegiatis ecclesiis principalem præminentiam habere noscuntur sub reservatione prædicta comprehenduntur debere.

1. Primo in hac regula referuatur omnes dignitates maiores in cathedralibus post Pontificalem, & in collegiatis ecclesiis principales dignitates. Quæ autem sit dignitas maior in cathedralibus, quæ præcipua in collegiatis, ex consuetudine provisionum colligendum est. In Gallia, & Hispania decanatus est maior dignitas, in aliis solet esse Præpositus. In collegiatis qui toti canonicorum collegio præest, ille præcipuum habet dignitatem, quique vocatur Abbas, & aliquando Prior: sic relata glossa in cap. de liberatione de officio legari. in 6. ante finem: tradit Azor. 2. p. in sit. moral. lib. 6. cap. 34. quæst. 10. vers. item dignitates principales. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 83. & 84. August. Barbosa 3. p. allegat. 37. num. 55. Debet tamen dignitas cum vacat actu esse maior, ut locum habeat reservationi, neque sufficit maiorem esse in potentia; quia ea quæ solum in potentia maior est, absolute maior non est, et esse possit. Sic Garc. 5. part. de benefic. cap. 1. à num. 256. Gonzalez gloss. 51. n. 58. Barbosa 3. p. de potest. episc. allegat. 57. num. 98. Quæ propter si aliqua dignitas esset erecta in primam sub conditione aliqua, quæ tempore vacationis non fuit purificata, non manet reservata, quia actu maior non est, sed erit, tamen in erectione adiecta sit clausula, ex nunc, prout ex tunc, quia hæc causa esto efficax sit ad retrahendum effectum à die datæ: hoc intelligendum est in casu, quo conditio purificata esset, secus illa perseverante: nam dum illa perseverat, omnem dispositionem suspendit purificata vero conditio: retrahitur eius efficacia ad diem datæ, quoad effectus iuri alterius quæsito non præ-

iudicantes, quales sunt antiquitatis, erectionis, & aliarum prærogatiuarum non autem quoad collisionem medio tempore factam inualidandam, cum legitime facta sit utpote de beneficio non reservato, sic aliis relatis Barbosa n. 99. & expresse contigit in decanatu ecclesie Vallisoletanæ, nunc cathedralis, antea collegiatis, qui in primam dignitatem fuit erectus post cellum, vel decanatum, aut aliam quamlibet amissionem, vel dimissionem prioris, vel illius coadiutoris, cum clausula ex nunc, prout ex tunc, quæ conditio purificata fuit tempore quo vacavit decanatus, eaque de causa non fuit reservatus, & cum mens ordinarij vacaverit, ab alio fuit provisorius, ut latius referunt Garcia, Gonzalez, & Barbosa supra à Rota decim fuisse 11. Decemb. anno 1600.

Præterea contingere potest aliquam dignitatem ecclesie cathedralis non esse maiorem, habere tamen præminentiam in collegiatis, & ratione huius præminentie sub hac reservatione comprehenduntur, quia absolute illa dignitas est prima in collegiatis, esto in cathedrali non sit maior, & constat ex sine supradictæ regulæ & notavit Garcia 5. p. de benefic. c. 2. num. 260. Barbosa n. 98.

3 Rursus cum regula referuat omnes dignitates maiores in cathedralibus, & præcipuas in collegiatis, vnicam tantum in qualibet ecclesia referuat, esto in ea plures sint, quia ille terminus vniuersalis omnis, appositus est, ut dignitates omnes omnium Ecclesiarum comprehendere, non ut comprehendere: cuiuslibet singularis ecclesie omnes illius dignitates, sic Mandol. reg. 3. Cancell. quæst. 3. per totum. Gonzal. gloss. 21. n. 7. Garc. 5. p. de benefic. cap. 2. num. 262. August. Barbosa 3. p. de potest. episc. alleg. 57. num. 100. Verum si in via ecclesie duas, vel plures sint æque præcipue, affirmandum est omnes referuatas esse. Nam cum referuatio supradicta effectum habere debeat, & nulla appareat specialis ratio, ob quam potius vnam dignitatem, quam aliam afficiat, omnes comprehendere debet; præcipue cum verba legis omnibus aptari possint, & ita tenet, & decisionibus Rota comprobatur Garcia dicta 5. p. de benefic. cap. 1. num. 265. Mandosius in hac reg. quæst. 4. Barbosa n. 101. Azor. 2. p. lib. 6. c. 34. q. 10. vers. quæres deinde. Aloysius Riccius collect. 1670. ampliat. 1.

4 Sed quid si in ecclesia solum adsit unica dignitas, manebit hæc reservata? Videatur manere non posse, quia de illa non referuatur, quod sit maior, nec principalis cum non sit alia, vniuersa comparatione maiorem tantum habere possit: & ita tenet Gomez de expectatiuis, num. 46. Zerola 1. p. verbo dignitas §. 1. Cardinalis collect. 30. quod incipit in hoc dubio, sub num. 7. vers. sed adhuc p. p. mandosium. & n. 8. Aneas de Falconibus in tract. de referuatis, præcipuali, n. 32. ad finem.

At contrarium tenendum est cum Garc. supra, num. 257. Barbosa num. 102. Gonzalez gloss. 9. §. 4. à num. 18. Simonet tract. de referuatis, q. 85, num. 4. & decim fuisse à Rota in via Tunitana Archiepiscopatus 7. Maij 1574. coram Montisalconem tunc Aloysius Riccius collect. 1670. ampliat. 2. Garcia num. 16. p. de referuatis, quia esto verbum maiores, quod comparationem exprimit, sæpe supponit, & sæpe pro politius tantum accipitur, ut contingit in his terminis, optimus maximus, supremus proximus, qui licet superlatiui sint, & politius supponant ex natura suarum, sæpe tamen pro politius tantum accipiuntur, iuxta leg. illa verba. & leg. proximus, de verb. significat. & tradit Aleiar. ibi, & pluribus exornat Pallador. lib. 1. verum quærit, cap. 7. per totum: licet contingit in hoc verbo primogenitus, quod licet comparatione aliorum, qui post natus dicitur, sæpe tamen de filio vnicò dicitur. Et ratio omnium est: quia omnia hæc verba non tam politius, quam æquitate sumuntur, & præstant hunc sensum: ille est optimus, maximus, supremus, quo nullus alius superior est, ille est præfenti illa dignitas dicitur maior post Pontificalem, quia maior est, Et hic sensus colligitur ex verbis finalibus supradictæ regulæ: ibi referuatur illa dignitas, quæ præminentiam habet in collegiatis, esto in ecclesia cathedrali maior non sit. Ergo ad reservationem dignitatis in collegiatis ecclesiis non est opus esse plures dignitates principales: nam si solum illa dignitas adesset, illa sola referuaretur. Ergo similiter ad reservationem dignitatum ecclesie cathedralis non est opus plures dignitates adesse, sufficit si adsit vna, quæ nulla maior sit, illa enim erit referuata.

5 Quod si prima dignitas post Pontificalem capitulo unica sit, respectu illius non intrat reservatio. Quia ratione vniuersali quasi extinguitur, & conloquitur, & reputanda est, ac si non esset: ac proinde illa dignitas quæ in ordine succedit, prima nuncupanda est, & huic reservationi subiecta. Sic Garcia 5. p. de benefic. cap. 1. num. 269. Barbosa alleg. 57. n. 201. Aloysius Riccius collect. 1670. ampliat. 3. & à Rota in causa Virdunensis, decanatus 9. Martij 1580. testatur Riccius, & Garcia fuisse licitum.

6 Secundo referuat supradicta regula Prioratus, Præposituras, Præposituras, ac alias dignitates conventuales, & præceptorias generales quorumcumque ordinum, sed non militarium, Reservat inquam Prioratus, Præposituras, &c. non regulares, sed conventuales perpetuas, quæque dari solent in comm-